



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lectio tertia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

utero de spiritu sancto alleluia. **Suffragia in laudibus et versibus sicut heri signatum est. et ita per totum aduentum feriatibus diebus. Feria quarta Lectio prima**

Qonfundentur enim ab ydolis quibus sacrificauerunt. Et erubescetis super hortos quos elegeratis cum fueritis velut quercus defluentibus folijs: velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra ut faveilla stuppe et opus vestrum quasi scintilla et succendetur utrumque simul et non erit qui extinguat.

H. R. Ecce virgo concipit ut s.

Uerbum quod vidit **Lectio ij.**

elias filius amos super iudam et hierusalem. Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium: et eleuabitur super colles. Et fluent ad eum omnes gentes et ibunt populi multi et dicent. Venite ascendamus ad montem domus domini et ad domum dei iacob: et docebit nos vias suas: et ambulabimus in semitis eius: quia desponsionem exhibet lex: et verbum domini de hierusalem. **Hec R. Obsecro domine. Lectio tertia.**

At iudicabit gentes et arguet populos multos et constabunt gladios suos in vomeres: et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebunt ultra ad prelium: domus iacob

venite et ambulemus in lumine dei nostri. **Hec. R. Lascientur celi. ut s. Super benedictionem** De sion eribit lex et verbum domini de hierusalem. **Sup mag. an.** Veniet fortior me pro me cuius non sum dignus solvere corrigiam calciamentorum eius.

Feria quinta Lectio prima

Rosecisti enim populum tuum domum iacob quia repleti sunt ut olim et augures habuerunt ut philistinum et pueris alienis adhaerunt. Repleta est terra argento et auro et non est finis thesaurorum eius: et repleta est terra eius equis: et innumerabiles quadrigae eius. **Hec. R. Aspiciebam ut s. Lectio secunda**

At repleta est terra eius idolis. Opus manuum tuarum adorauerunt quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo: humiliatus est vir ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram et abscondere in fossa humo a facie timoris domini et a gloria maiestatis eius. Oculi sublimis hominis humiliati sunt et incuruabitur altitudo virorum. **H. R. Diffusus est ut i. dñica. i**

Artabitur autem **Lectio tertia** dominus solus in die illa quia dies domini exercituum super omnem superbum et excelsum et super omnem arrogantem et humiliabitur et super omnes cedros libani sublimes et erectas et super omnes